PROKLOU ARCHIEPISKOPOU KONSTANTINOU POLEŌS TA EURISKOMENA B. PROCLI ARCHIEPISCOPI...

Proclus : Constantinopolitanus

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

Πόλεως Τὰ ἱυρισκόμενα.

PROCLI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Opuſcula, quæ reperiri potuerunt omnia.

Nunc primum Græcè & Latinè junctim edita & recenſita,

Ex Bibliotheca

GEVERHARTI ELMENHORS

VI BATA

OBV



ERHARTVS
ELMENHORSTIVS

Reverendo & Clarissimo Viro

GEORGIO
STAMPELIO

SVPERINTENDENTI
Lubecensi Theologo
eximio. S. D.

FFERO *tibi reverende Præsul, Procli Episcopi Constantinopolitani maximi census & nomin[illegible] tatis, fidéique Catholica pr[illegible] acerrimi opuscula varia; quæ ad [illegible] ruenda*

ruendas & exstingu
suæ ætatis hæreses nitido & aperto ser-
mone composuit. Incitavit me ad illo-
rum editionem tum consideratio infæ-
licis ævi mei, tum impia importuni-
novorum gigantum, qui solennibus f
rijs agitati quotidie proveniunt, & spi
nis argutiarum & laqueis quæstionum
lacessunt statum omnipollentis Dei, Re-
gis æterni nativitatem sacrilegis ver-
borum jaculis appetunt, Spiritus san-
cti Deitatem insanitè abnegant: quod
semper, quod ubique, quod ab omnibus
creditum est, in dubium vocant: fidem
quam totum per orbem terrarum con-
fitetur Ecclesia, falsitatem appellant
quoscunque ante se magisterij ordine
præditos, errare & semper erravisse non
dacter quam furiosè asseve-
rant. Mittam Servetum, Blandratam,
Davidem,

um, Osterodium, Smal-
cium, & cæteras pestes, sanctæ ado-
randæ Trinitatis hostes conjuratos: &
unum Andream Duditium tibi saltem
dabo, infelicem furculum Photinianæ
pravitatis. Quid ille non dixit? quid non
temerario impetu in sanctam Triadem
effudit? quid non molitus est ut Chri-
stum & Spiritum sanctum de majes-
statis throno deturbaret? Extat ejus
**scriptum ad Ioannem Lasitium equi-* * edit.
tem Polonum, quo ab orbe condito ex Cracoviæ An.
Orci faucibus nullum prodijt pestilen- M. D. XC.
tius. Proferam tibi de innumeris ejus
blasphemijs pauca. I. *Ait,* Confes-
sionis formulam quæ Athanasij
nomine circumfertur, itemque
Nicænum Symbolum non esse
pietati consentaneum, sed ex hu-
mano sensu & frigidorum So-

phiſtarum argutijs.
II. *Negat* unius Dei trinitatem, & trium unitatem. III. Communicationē idiomatum, identitates, relationes & conſubſtantialitatem portenta verborum *appellat*. IV. Non tres ſed quatuor Deos colere nos *calumniatur*. V. Patrem ſolum verè & propriè Deum, Chriſtum improprium, Spiritum ſanctum metaphoricum *appellat*. VI. Ex Trinitate particulam deciſam eſſe & utero virginis veluti cuidam ergaſtulo, incluſam, *blaſphemat*. VII. Duas tantum perſonas in cœlo relictas eſſe cum tertia in terram delapſa in matris uterum ſe abſtruſit, *nugatur*. VIII. Auguſtinum Trinitatis imaginariæ, & ex ſomnio

patre,

Patrem [illegible]uthorem *proclamat.*
IX. Deum Spiritui ſancto & Chriſto majorem, quem fecit, *inducit*, Chriſtum nō eſſe invisibilem, non æternum neque à ſeipſo Deum, ſed Deum à Deo Patre, Patre minorem *aſſerit*: quem nunquam Apoſtoli Deum, ſed virum noſtri ſimilem vocarunt.
XI. Spiritum ſanctū non Deum eſſe, non perſonam, non invocandum *lymphatico errore incitatus dicere præſumit. Hæc ſunt magna magnorum deliramenta hæreticorum, multis multorum ſeculorum aſſenſione comprobatis anathematiſmis profligata fortiter & fœliciter oppugnata, quæ hodie profana manu ventilant, & recidiva opinione diffamant, homines extreme abjecti, literarum rudes,*

studiorum profani, expertes artium nisi sordidarum: quos ad bene fundata superiorum instituta violanda, scita Patrum convellenda, definita majorum rescindenda, incorruptæ vetustatis castissimos limites profanandos, sola inscitia, typhus, improbitas, & novellæ curiositatis libido instigat: qui si paucorum vesaniæ, universorum antepossuissent sanitatem, intra sacraria Catholicæ fidei salvi esse potuissent, qui nunc perditi oberrant & alios in solatium perditionis suæ perdere non cessant: id unum studentes, ut ab antiqua fide, ad novellam perfidiam, ab antiqua sanitate, ad novitatis vesaniam, ab antiqua luce, ad novitatis cæcitatem animos hominum avocent: propinantes convivis suis ab initio dulcia, & cum inebriati fuerint lætale virus miscent.

Quis

Quis satis digne poterit πεφρίκειν *& impudentiam deprædicare, qua falsitatis patroni, veritatis propugnatores erroris & dementiæ insimulant, religionem veterem tanquam ludum nugarum aspernantur, divinæ legis oracula novo & inusitato more interpretantur, Patrum scripta contemnunt, ipsi soli scilicet sapientes, & ultima hac ætate è cœlo delapsi, qui curva corrigant, & erranti mundo comiter viam salutis monstrent: quorum virulenta ora & calumniosas criminationes* σὺν θεῷ *peculiari libello (quemadmodum tibi promisi) dispungam, & evidentissimis rationibus demonstrabo, vetera imò veteratoria esse & millies jam ab orthodoxâ antiquitate explosa, de quibus illi tanquam novis gloriantur. Nunc Proclum nostrum in antecessum*

sium do: debellatorem acerrimum Mop-
sueſtenæ improbitatis; quem accipe
tibi inſcriptum, monumentum & te-
ſtem meæ in te obſervantiæ, magnique
inter nos amoris, quem ſola virtus, hu-
manitas, & prudentia tua peperit,
aluit, & ſervavit. Hamburgi VIII.
Eid. Decembr. Iuliani. Anno Chri-
ſti M. D. CXVI.

AMI-

AMICE LECTOR.



HABE tibi Procli Archiepiscopi Constantinopolitani opuscula, nunc primum junctim Græcè & Latinè edita, & recensita. Fuit ille à primæva ætate Lector, Scholasque studiosè frequentavit, & Rhetoricæ operam dedit, breviqué in omni disciplina honesta excelluit.

Vid. Socrates Eccles. hist. lib. 7. c. 19. 28. 40. 41. 43. Nicep. Callistus lib. 14. cap. 37. & seq. Ius Græco-Romanum fol. 298. Liber Synod. Græc. edit. Pappi pag. 52. 53. Cedrenus fol. 281. Baronius tom V. annal. an. CCCCXXXIV. Onuphrius in Chronico Ecclesiastico.

Postquam in virum evasisset, familiariter

Hariter usus est Antico Episcopo, cui amanuensis operam præstitit; quem in literis & virtutibus admodum proficientem Atticus Episcopus ad gradum Diaconatus evexit; Dein à Sisinnio Episcopus Cyzici designatus est, & postea antistes factus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quam magna cum laude rexit, omnibus hominibus, inprimis Theodosio Imperatori percharus & æstimatus. Scripsit insignem Epistolam *de Fide ad Armenios**, cui nos propter eximiam pietatem, qua abundat, primum dedimus locum. Facit illius libri perhonorificam mentionem Iustinianus Imperator l. 7. ff. 4. Cod. de sum. Trinitat. & quinta Synodus Collatione quinta & sexta fol. 577. & 578. Tomo secundo editionis Romanæ, & Cyrillus Episcopus Alexandrinus Epistola ad Ioannem Antiochenum *Ἐν τῇ πρὸς Ἀρμενίους ἐπιστολῇ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν διεκήρυξε σαφῶς ὁ ὁσιώτατός τε καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν

* Quæ extat tom. 1. Conc. Romanæ editionis, in fin.

* Parte 3. Conc. Ephes. fol. 710. edit. Roman. edit. Commelin. fol. 248.

ἢ πανεπίσημος Πρόκλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, ἢ τῆς τὸ ὀρθὸν λογιζομένοις ἀντιδόξαν μεμελετηκώς. ὅτι ἢ νικᾶν ἔθος αὐτῷ, περὶ θεότητα ἢ ἀλήθειαν. *In Epistola ad Armenios cum sermonem veritatis rectè tractaret, disertè prædicavit sanctissimus & religiosissimus frater noster & Coëpiscopus Proclus, vir pius, & ad certamen adversus eos, qui, quæ recta sunt, perversum, exercitatus, & ex veritatis assertione victoriam reportare assuetus.* Et Epistola ad Anastasium, Alexandrum & Martinianum monachos,* &c. *Hæc sentit nobiscum amantissimus Christi sanctorum Patrum chorus, & Proclus ipse, qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum adornat, religiosissimus & pijssimus Pater & Coëpiscopus. Scripsit enim ipse ad Orientales pijssimos Episcopos in hæc verba: Et incarnatus est absque Conversione, qui speciei expers nascitur, nascitur autem secundum carnem, qui principio caret, proficit verò secundum corpus ætate, qui natura perfectissimus est, & passiones sustinet, qui passionibus superior,*

* In appendice Concilii Ephes. to. 2. fol. 209. edit. Commelin.

vior, non quo erat sustinuit contumelias, sed quo factus est, susceptis corporis passionibus. Et Dionysius Exiguus Abbas Romanus epistola ad Felicianum Pastorem*: *Theodosio Imperatore regente Rempublicam, discipuli Theodori Mopsuestenæ civitatis per Syriam atque Armeniam, pravam fidem corrupto Symbolo rudibus populis exorsi sunt intimare, calliditate subtilissima beatam Trinitatem sic unius essentiæ prædicantes, ut Christum Dominum nostrum conditorem universitatis, unum ex Trinitate nullatenus fatérentur: unde sequebatur hæc inepta sua temeritatis absurditas, ut quia Christum constat verum esse Deum & Dominum, quatuor personas in tribus astruerent, duosque Dei filios procul dubio prædicarent. Sed huic impietati beatus Proclus Constantinopolitanus Archiepiscopus in literis ad Armenios destinatis mirè obsistens docuit Christum Dominum nostrum, & in principio Verbum apud Deum: Deum verbum unum de Trinitate esse, per quem omnia facta sunt beato*

*Tom. 1. Bibliothecæ Patrum f. 405.

Paulo

Paulo testante: unus [illegible]us Iesus Christus, per quem omnia; & pro salute nostra eundem verum hominem factum unum mansisse Filium, nec quartam in Trinitate crevisse personam. Citant præterea hanc Orationem Iohannes Maxentius in Catholica professione de Christo, & Agobardus Episcopus Lugd. pag. 33. Liberatus Diaconus in Breviario, cap. 10.

II. Loco posui eiusdem Homiliam *de Domini nostri Iesu Christi Nativitate*, quam habuit Episcopus adhuc Cyzici constitutus, in Ecclesia Constantinopolitana vivo & & præsidente adhuc Nestorio, quæ extat Tomo 1. Conciliorum generalium par. 1. cap. 1. editionis Romanæ, & in Commeliniana Heidelbergensi fol. 249.

III. Orationem *in Transformationem Domini*, quam ex Cod. ms. Bibliothecæ Palatinæ nunc primum vulgamus Græce & Latine, sed admodum corruptam. Communicavit eam

eam nobilcu inus Gruterus I. C. Illustrissimi quer rincipis Palatini Bibliothecarius, vir & mea laude & seculo major; quæ etiam extat in Chersoneso Cassæ Tauricæ, ut notat Possevinus in appendice Biblioth. sacræ. fol. 119.

IV. Literas Synodicas ad Domnum Episcopum, quæ extant Græcè in Concilio Chalcedonensi actione 14. fol. 394.

V. Epistolam ad Ioannem Antiochiæ Episcopum, quæ habetur Latina saltem in quinta Synodo collatione 5. & 6. fol. 363. & fol. 377. tomo 2. editionis Romanæ.

VI. Iterum habes Epistolam ad Domnum ex interpretatione Dionysij Exigui; quam ex membranis nostris Concilij Chalcedonensis tibi exhibemus.

VII. Comparet interpretatio libelli *de fide ad Armenios* ejusdem Dionysij Exigui, quam ex Bibliotheca Patrum Tom. 1. fol. 406. descripsi.

VIII.

VIII. Ex Biblioth. Palatina & ms. Cod. tibi offerimus homiliam *in Christi natalitia* Græcè solum; sed ita fœdè à librarijs accepiam, ut sensum, nisi in paucis, assequi nequeas. Volui tamen inemendatam potius dare, quam totam omittere.

IX. Habes fragmentum *de Traditione divinæ Liturgiæ* à Guilhelmo Morellio Parisijs An. M. D. LXI. editum.

X. Homiliam Latinam *in laudem Iohannis Chrysostomi*, quam Baronius recitat ex antiquo Lectionario tomo 5. Annal. num. 3. ad An. Christi CCCCXXXIIX.

Hæc sunt, quæ reperire ego potui de Procli hujus operibus. Edidit præterea egregiam orationem super ver. Ezechielis, cap. 39. *Vaticinare fili hominis contra Gog & Magog*, cujus meminit Socrates*, & aliam, in illud Esaiæ, cap. 9. *Puer natus est nobis*, quam edidit Theodorus Monachus, & Patres Concilij Chalcedonensis*, *In Passionem*

* Lib. VII. cap. 42. Sixtus Senensis Bibliothec. ex sanct. lib. IV. fol. 292.

* Act. 16.

rem Domini, ... ctum Andream Apo-
stolum, de Græca Theologia, ut observat
Possevinus in apparatu sacro * & ap-
pendice *.

* Tom. 2. fol. 298.
* Fol. 40. 42. 46. 119.

Moritur sub Theodosio II. anno Christi CCCCXLVI. Cum sedisset annos XII. & menses tres *.

* Nicephor. Chronol. Pagin. in Chr. Eccles. Baron. tom. 6. Annal. an. 446 Menol. Græcor. die 24. Octobris.

Et hæc obiter de Proclo nostro. Rogamus obnixè omnes bonæ mētis candidatos, veræ & antiquæ pietatis amatores, eruditosque Bibliothecarios, ut si quid hujus Procli penes sé habent, in publicum proferant, aut nobiscum communicent. Hoc infelici seculo talium virorum scriptis Ecclesia Dei vehementer indiget, in quibus certat pietas cum eruditione. Certè cum de Deo & rebus divinis sermo est, cautè, propriè & magna cum reverentia loquuntur, nec passim eructant tot mōstra opinionum & blasphemiarum, ut novi nostri, qui prodeunt cottidè fanatici, quorum libri scatent impuris καινοφωνίαις, sinuosis circuitionibus, flexuosis ambagibus.

bagibus, & inutilibus syllogismis, quibus status lacessitur omnipollentis Dei, & simplex fidei ratio convellitur. Sanè esset è re Christiana illorum præcipitem in scribendo temeritatem & ἀφυροστόμους γλώσσας artissimis vinculis frenari, qua & fidelium animas lædunt, & seipsos in infernl præcipitium detrudunt, ut ait sanctissimus Alexandrinorum Episcopus Cyrillus*. Sed de his alibi fortasse commodior expostulandi locus erit; nunc have mi Lector, & brevi *Acta Latina Concilij Chalcedonensis* à nobis exspecta, ex membranis vetustissimis infinitis locis emendata, & NOTIS illustrata.

* Lib. 2. contra Nestorium, fol. 23. to. 1. Con. Rom.

IN PROCLI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani opuscula

à Clarissimo Viro

GEVERHARTO ELMENHORSTIO

nunc primum junctim in lucem edita.

En lumen illud splendidum quo Graecia
Florebat olim terra PROCLVS *horridis*
Iacuit tenebris nunc tot annos obrutus;
Os aureum almi rore stillans nectaris,
Flumenq; caelesti eloquentia affluens,
Latuit tot annos nomine ipso incognitum,
Mendisq; foedum ubique, culpa temporis,
Quod cuncta vitijs atque barbarie inficit.
Donec medente dexterâ ELMENHORSTIVS
Tersit tenebras, reddiditq; pristinum
PROCLO *decorem, qui coruscus omnibus*
Exinde saeclis luce fulgebit nova.
Verum perenni fama adorea inclytum
Tuum vigebit nomen, idq; squallida
Metuent tenebra oblivionum tinguere,
Vir magne, nostri lucidum saeli decus,
Per quem recentem PROCLVS *aspicit diem,*
Vitamq; sperant postmodum plures novam.

LVCAS HOLSTEINIVS.

TOT

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
τὰ ζωζόμενα.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΡΧΙΕ-
πισκόπε Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀρμφίλοχιον, Περὶ πίστεως.

Τοῖς θεοφιλεσάτοις καὶ θεοσεβεσάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις τοῖς ἅπασι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμφίλοχιαν τὴν ὀρθοδόξου ἁγίας ἐκκλησίας, Πρόκλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥ μετρίως ἀδελφοὶ, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἐτρωσεν ἡ φήμη τῶν νεαρῶν καὶ ἀπόπτης ζιζανίων, ἅπερ ἐναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανάργως ἐπέσπειρε χώρᾳ, ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρός. ὠλίγιστον γὰρ ἀφορήτως ἡ τῶν ἀποδικτῶν ἐιώθην ἀκοὴ τὴν μή πω προγυμναθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχὴν. καὶ τοσούτῳ πολέον χαλεπώτερον τοξεύει, καὶ βάθος εἰσω-

δοῦσα

PROCLI EPISCOPI Constantinopolitani ad Armenios, *De Fide.*

Dei amantissimis ac religiosissimis Episcopis & Presbyteris & Archimandritis per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ Ecclesiæ, Proclus in Domino gaudere.

Interprete

Antonio Agellio Episcopo Acernensi.

NON *mediocriter, fratres, animum rationemque nostram violento mœrore confudit ac sauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in vestra regione communis illæ nostræ naturæ inimicus callide superseminavit. Solet enim tristium rerum rumor intolerabili vulnere animum percutere, nondum ejusmodi exercitationibus assuetum: tantoque acerbius ferit, telaque altius*

infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura sistit, sed glisscente fama subtiliorem animi statum obsidet, sermone dispergens pretiosam illam Fidei vestem aut discissam esse, aut prorsus deprædatione sublatam. Omnem etenim virtutem ij expetendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obscurata; omne quoque vitium à prudentibus viris jure fugiendum censetur, quippe cum ex adverso pugnet cum ipsa natura eo ipso quod est contra naturam. Sicut enim id quod utile est eligentibus, necessario tuendum est, ita quod ejusmodi non est, ac potius contrarium, aut præsens repellendum est, aut si metuitur, ne eveniat sollicite præcavendum. Virtutis igitur multæ sunt species, hanc autem variè definierunt, sive Gentiles qui errore ducuntur, & quorum discernendi subtilitatem ignoratio divinitatis obscurat; seu Christiani, qui Fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, solem

justitiæ

βουλὴ τοῦ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον ὁ πᾶς τὰν ἐν ζώμασι ἴσῃσι παχύτητι, ἀπλᾶ τὸν ἄὔλον πολιορκεῖ ἢ φήμας, τὸ ἔντιμον τᾶ πίστεως διαφρυλλᾶσαι, ἢ ἐλεφνῶς διερρήχθαι, ἢ παντελῶς σεσυλῆσθαι ἰμάθιον. πᾶσι μὰν γὰρ δρετὰ σφετεριζόμενος ὑπαάρχει, τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθέῖσιν ὑπὸ τᾶς ὕλας. πᾶσι δ' κακία βδελυκτὴ σὸν ἀπεκτόνος πῖς δ' φρονέῦσι κείνεται, οἷα δὴ καθ' ἐναντιότητα πολεμέῦσα τᾷ φύσᾳ τῷ σφᾷ φύσιν. ὥσπερ γὰρ τὰ συμφέρον τοῖς αἱρεμένοις, ἀναγκαίως σφεμάχηται, ὕτω τὸ μὴ τοιῦτον, ἀλλὰ αὐτικείμενον ἢ παρὸν ἀποβολᾶς ἄξιον, ἢ σφεσδεκόμενον τὸ μὴ σύμβιναι φρονιδῶν σὸκ ἀλλότριον. Ἀρετᾶς μὰν οὖν ἔδει πολλά. Διαφόρως δ' ὠφέλησαντο σφὲ ταύτης, οἵτε ὑπὸ πλανᾶς ἀγχόμενοι ἴσ. ἀγνοιᾶς ἔλλιπες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τᾶς διακρίσεως ὑπὸ τᾶς σφὲ τὸ θεῖον ἀγνοίας διαπεσκοτόμενοι· καὶ οἱ διὰ πίστεως σὺν ὀφθαλμὲς τᾶς διανοίας πεφωτισμένοι χριστιανοὶ, καὶ σφὲς τὸν τᾶς δι-

justitia clarius per confessionem innotescunt. Illi namque in suis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propter anticipatam opinionem, animum habentes duce ac rectore destitutum, suarum ratiocinationum ductu periculosum iter ingrediuntur; nihil in ijs quæ decernunt, prater fluxam & instabilem visibilium rerum naturam attrectantes, cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiserint. Aiunt enim quatuor esse species virtutis, idest, justitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quæ licet bonæ atque honestæ esse videantur, humi tamen repunt, & circa terram innatant, & longe inferiora sunt cœlesti fastigio. Cum enim fortitudinem dixerint, quæ adversus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia passionesque superat, & prudentiam quæ in gubernatione Reipublicæ plurimum pollet, justitiam præterea optimam illam æqualitatis distributionem: huic quidem vitæ ut ipsi putabant, ordinem constituerunt, cum hac defi-

justitiæ clarius per confessionem intuentur. Illi namque in suis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propter anticipatam opinionem, animum habentes duce ac rectore destitutum, suarum ratiocinationum ductu periculosum iter ingrediuntur; nihil in iis quæ decernunt, præter fluxam & instabilem visibilium rerum naturam attrectantes, cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiserint. Aiunt enim quatuor esse species virtutis, id est, justitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quæ licet bonæ atque honesta esse videantur, humi tamen repunt, & circa terram innatant, & longe inferiora sunt cœlesti fastigio. Cum enim fortitudinem dixerint, quæ adversus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia passionesq; superat, & prudentiam quæ in gubernatione Reipublicæ plurimum pollet, justitiam præterea optimã illam æqualitatis distributionem: huic quidem vitæ ut ipsi putabant, ordinem constituerunt, cum hac defi-

nitione illam in utramque partem excessu immoderantiam repressissent; sed sublimius aliquid, & præsenti vita præstantius neque cogitare, neque exprimere potuerunt, sed per obscurati cordis insipientiam, quantum in ipsis fuit, virtutis vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur, incluserunt, nihilque illi sublime & cœlesti conversationi persimile concesserunt. Qui vero per Fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum instructor ac magister est beatus Paulus, virtutem definierunt esse quæ nos ad Deum evehit, & ea quæ in terris sunt, ordinate moderatur. Itaque hic ipse vir in omnibus celebrandus, multas enumeravit species virtutis, sed tria hæc præcipua prædicavit, Fidem, spem, caritatem: ex quibus Fides quæ super naturam sunt, largitur hominibus, rebus intelligibilibus admiscens, qui adhuc materiale indumentum gestat multis passionibus obnoxium: nam quæ Angelorum, reliquarúmque incorporearum virtutum natura propter excellentiam ignorat,

ὄρῳ τὴν ἐφ' ἑκάτερα ᾗ πλεῖον ἀμετρίαν. ὑψηλὸν ᾗ καὶ τῆς περούσης λέξεως κρεῖττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκφῆναι τι ἡδυνήθησαν· ἀλλὰ τῷ ἀπειρέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιασάμενοι ἐπὶ ἐαυτοῖς τὴν ὀρεκτὴν, τοῖς ὁρωμένοις αὐτὴν ἐκλείσαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλόν τι καὶ τῆς τῶν ἐργανῶν ἀνθρωπίνης ἐφάμιλλον. οἱ δέ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τὰς ὀφθαλμὰς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος, ὁ μακάριος ἱεράρχης Παῦλος, ὀρεκτὴν ἐλάσαντο τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀπαπειρέστατον, καὶ τὸ θεῖον γλυκὺ ἐν πίστει πηδαλιοχήσαν. Τοιαρτὸν αὐτὸς ἔστιν ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὴν ἀπηριθμησεν ἀρετῆς εἴδη. τρία ᾗ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεδείξησε πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην· ὧν, ἡ μὴν πίστις, χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνύσα τὸν ἐπὶ φορείνῃ τὸ πλυπαθὲς τῆς ὕλης ἰμάτιον· ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ μέγεθος

ἀκ. λέξεως.

μένης Φύσις. τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι, καὶ ἐπὶ γῆς κυλινδουμένοις αὐθρώποις τὸν ἐπουράνιον, χαλέζεται ἡ πίστις. ἀσφαλίζουσά τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀχηματίστῳ θρόνῳ. καὶ ἀκλινεῖ τὸν ἔλλαμψιν ἐνιεῖσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου Φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀγαθότητι, καὶ τὸν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ οἷον πηχυὶ καὶ νεφῶδες τῶν νῦν ἐμποδὼν καὶ λοιπήσασα, ποῖον γὰρ τραχὺν ἐνεῖναι ὁρᾶν τὸ μὴ φθονεῖσθαι ὀφθῆναι; καὶ τῷ ἀσφαλῶς καταλαμβάνεσθαι. Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐκ ἀνεμοπλεῖν ἀξίως ὡς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γυμνάσιον κεκτῆσθαι ἐν τοῖς παροῦσι τῶν μελλόντων. τῆς ἀναμφιβόλου πληροφορίας τὸ μὴ κατὰ πάροδον τῷ χρόνῳ ὡς ἐνεστὼς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειρίζουσα, καὶ σχεδὸν τὸ ἀσφαλισθὲν ὑπ' ὄψιν ἀγοῦσα, ὑπερβάσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, ἀνυπόπτως τὸ πρόσω ἀφεῖσα τὸ ἐφώλιον, τὸ ἀγκύρειον τῷ χρόνῳ τῇ τῶν μελλόντων ὀρέξει πήγνυσι. Ἡ δὲ ἀγάπη τῶν καθ' ἡμᾶς μυστηρίων ἐστὶ τὸ κεφάλαιον·

ὅρω τῷ ἐφ' ἑκάστῃ τῶ πλείονι καὶ ἀμετρίαν. ὑψηλὸν ἢ κὴ τῆς τῶ ἀρχῆς * λέξεως κρεῖττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τὸ ἠδυνήθησαν. ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιασάμενοι τό γε ἐπ' αὐτῆς τῷ ὀρατῷ, τοῖς ὁρωμένοις αὐτῷ προέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλὸν τε κὴ τῆς τῶν ὁρωμένων ὑπεροχῆς ἐφάμιλλον. οἱ δέ γε πεφωτισμένοι ἀῤῥ πίστεως τὸς ὀφθαλμὸς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς κὴ διδάσκαλος ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετῷ ὠφέλουντο τῷ πρὸς τὸν θεὸν ἀναπίεζεσθαι, κὴ τὰ πρὸ γῶ ἐπέχει πηδαλιοῦχεῖσθαι. τοιγαροῦν αὐτὸς ἔτ' ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησαν ἀρετῆς εἴδη. τρία δὲ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεβόησε πίστιν, ἐλπίδα, κὴ ἀγάπην. ὧν, ἡ μὲν πίστις, χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμυούσι τὸν ἐπὶ φορεῖντα τὸ πλυπαθὲς τῆς ὕλης ἰμάτιον· ἡ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων κὴ τῶν λειτῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἠγνόησε ἀῤῥ

* ἰσ. λέξεως.

μάγεθος φύσις, πύτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι, καὶ ἀπὸ γῆς κυλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἀπιστίαν, χαλίζεται ἡ πίστις, καταφύγωσί τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀχηματίστῳ θρόνῳ. καὶ ἀκολουθῇ τὴν ἔλλαμψιν ἐνιέσα τῆς ἀναρχικῆς καὶ ἀκηράτου φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀγαθότητι, καὶ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴπερ πάσχει τι νεφώδες τῶν τῇδε, ἵνα δὴ δύσηται, πῶς γὰρ τρανῶς ἐνεῖναι ὁρᾶν αὐτὸ μὴ φθάνοντας ὁρᾶσθαι; καὶ τῷ ἀναγοήτῳ καταλαμβάνεσθαι. Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐκ ὀνειροπολεῖν ἀξίως ὡς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γλυκαίως χρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι προδιαζῆ τὰ μέλλοντα. τῆς αὐταμφιβόλου πληροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ ὡς ἐνεστὸς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειρίζουσης, καὶ ἡδὺν τὸ προσδοκώμενον ὑπ' ὄψιν ἀγούσης, ὑπερβάσαι γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, σωτήριον τὸ πρωτῶν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ προσφιλὲς τῷ χρόνῳ τῷ μέλλοντι ἡδὺ νικῶσα. Ἡ γὰρ ἀγάπη τῷ καθ' ἡμᾶς μυστηρίῳ ἐστὶ τὸ κεφάλαιον.

rat, eorum scientiam hominibus qui humi repunt; & in terra volutantur, largitur Fides, cum ad regalem thronum quem nullæ claudunt figuræ, perducat, & illius principio carentis & increatæ naturæ olarum splendorem immittat, suoque fulgore non modo sensuum caliginem expellat, verum etiam quicquid hic crassum & nubilum est à nostro intellectu discutiat. Facit enim ut ea clare conspiciat, quæ eo ipso quod ad ea pertingi non potest, conspiciuntur, & eo ipso, quod sunt inaccessa, comprehenduntur. Spes autem efficit non ut belle somniemus, ut ita dicam, sed ut strenue in præsentibus futura teneamus; cum firma illa certitudo id quod tempore nondum est præsens, cogitationi perinde ac si tam adesset, exhibeat, & quæ expectantur, pene sub aspectum perducat. Spes enim objecta impedimenta transgrediens, desiderantem cum desiderato connectit, flexámque temporis naturam futurarum rerum comprehensione superat. Charitas vero sanctæ religionis nostræ caput est.

Hæc

Hæc namque Deum Verbum cum præsens jugiter esset in terris, ad nos per carnem venire persuasit. Ambæ igitur inter se conveniunt, nam Fides speculum est charitatis, & charitas confirmatio Fidei. Credimus Deum Verbum citra passionem incarnatum, & piè credimus. hæc namque salutis nostræ fundamentum est: quin etiam diligimus eum qui propter nos formam servi suscepit, ita ut nec mutationem ullam suæ naturæ subiret, neque Trinitati accessionem faceret. Omnis itaque Christianus qui non est fide & spe & charitate dives, id non est, quod dicitur: atque etiam si corpus suum in servitutem redigere videatur, & ab animi passionibus esse liber, cum virtutem tantummodo moralem perfecerit, victoriæ coronam haud consequetur: quippe qui ad illum per agnitionem divinitatis minime pervenerit, qui coronarum est distributor. Fides igitur, quæ omnium sicut prædixi, virtutum est caput, syncera servetur, nihil

λαιον· αὐτὴ γὰρ ἡ θεία λόγον ὑπὲρ γῆς
ἀεὶ παρόντα ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυ-
σώπησεν, ἑκάτερα ἑαυτῶν ἀλλήλαις συμ-
βαίνει, ἡ μὲν γὰρ πίστις ἐσοπτρόν ἐστιν
ἀγάπης· ἡ δὲ ἀγάπη βεβαίωσις ὑπάρ-
χει πίστεως, πιστεύομεν ὅτι ὁ θεὸς λό-
γος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς
πιστεύομεν. αὕτη γὰρ τῆς ὑμετέρας σω-
τηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν
τὸν δι' ἡμᾶς τὴν ἓξ δούλου μορφὴν λα-
βόντα; καὶ μήτε φύσεως τροπὴν ὑπο-
μείναντα, μή τι προσῆκεν τῇ τελειό-
τητι ἐρχεσθαι. Πᾶς γάρ χριστιανὸς ὁ
μὴ τολμητὴς πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ,
οὐκ ἔστιν ὁ λέγων· ἀλλ' εἰ καὶ δοκεῖ πολ-
λάκις διαλαγωγεῖν τὸ ζῶμα, καὶ τῶν
τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευθεριάζειν τῷ
ἠθικῷ μόνῳ δρεπτῷ καταρθώσας, τῶν
τῆς νίκης στεφάνων οὐκ ἀξιωθῇ, οἷς δὴ
πρὸς ἐκεῖνον τῇ θεολογίᾳ μὴ φθάσας
τὸν βραβεύτην ὄντα τῶν στεφάνων πί-
στις τοίνυν καθαρὸν πρόσωπον, πασῶν τῶν
ἀρετῶν ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυ-
λαττέσθω ἀνόθευτος, μηδὲν κίβδηλον
ἐπα-

ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων· μή τι μὴν βεβήλοις * κενοφωνίαις ἀπιθολυμένη, ἀλλ' ἔστω τῶν διαγγελικῶν τι καὶ ἀποστολικῶν μύστου ὁρωμένοις τολμῶντες παρεγχειρεῖν τῇ δι' ἧς ἐσώθημεν, καὶ λιμὶν ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ γλώττῃ ἐκπροχαφήσομεν· ἀποπεμπτὴν γὰρ τὴν ὑψηλὸν τῆς πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θεσπίσας, καὶ τολμῶν· οὐ μόνον ἀνθρωπίνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐκ θείας Φύσεως ἀπάρχου κορυφουμένῳ, καὶ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ διαγγελίσηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. λατρεύειν μὲν ἀγγέλῳ ἐπέσχη, καὶ δογματίζειν, καὶ ἀποφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἔκαιον· ἐν οἷς ἐπέχθη ἐμυθεύειν, ἀλλ' ἀπεχεσθαι τῆς ὑπὲρ Φύσιν, ὥστε εἰ καὶ τὸ, τῆς Φύσεως ὁ τολμῶν ἐπέγνω ἐξέπεσεν· ἀναθεμάτιστος ἔστω ἡ καινοτομία καὶ κηρύγματος. Φυλάξωμεν οὖν ἀνυστάκτως καὶ παρελάβομεν, ἀμετεώρως αἰεὶ ἀπὸ τοῦ θησαυροῦ τῆς πίστεως, τὸ τῆς ψυχῆς διανοίγοντες ὄμμα.

nihil ex humanæ rationationibus adul-
teratum admittens, neque profanæ va-
num nouitatibus inquinata, sed intra
Euangelicas & Apostolicas terminas
consistens, ita ut nemo præter eam ali-
quid audeat, per quàm salvati sumus,
& quàm in baptismate lingua mysti-
ca scripsimus. Nam sublimitas Fidei
omnem audaciæ impetum conatumque
repellit, non modo humanum, verum-
tamen ab incorporea natura sublimiter
admotum, beato Paulo dicente: si nos Galat. 1.
aut angelus de cælo euangelizauerit vo-
bis præter id quod accepistis, anathe-
ma sit. In ministrando namque ordi-
ne locatus est angelus, non dogmata
præscribendi: & periculosum sane est
non in eo quemque ordine consistere
in quo collocatus est, sed ea quæ su-
pra naturam suam se aggredi. itaque
si quid ausus, naturæ suæ asserat auc-
toritatem, prædicationis nouitas ne re-
cipiatur. Igitur quia accepimus, vigi-
lantissime seruemus, defixam semper in
Fidei thesauro animi aciem habentes.

Quid

Quid autem è scripturis accepimus, nisi hoc prorsus, quod Deus verbo mundum condidit, & creaturam quæ prius non erat, produxit: quod lege naturali rationale animal honestavit: quod eius libero arbitrio mandatum dedit indicans quid expediret, ut optima electione quod erat noxium vitaret: quod ille etiam voluntarius hominis ad deteriora motus, contumacem expulit à paradiso: quod præterea per patres ac patriarchas, per legem, & judices & prophetas ille formator naturam erudivit ut peccata respueret, justis actionibus studeret: quod postremo cum volentibus nobis peccatum dominaretur, diabolus vero in pœnam delinquendi communis naturæ totius exitium exigeret, quippe cum lex naturalis obscurata esset, & scripta contemnerentur, & quamvis Prophetæ monerent utpote homines quæ facienda essent, non tamen à vitio ac pernitie liberarent, tum denique Deus ipse figura carens, sine initio, incircumscriptus & omnipotens

μας τί δή σε τὰ [illegible] πάντες ἔστω, ὅτι ἡ χρὴ ἐπιμελεῖσθαι λέγω τὸν κοσμοῦντα καὶ περιέποντα ἑκάστην τῶν κατὰ φύσιν τιμῶν. Φυσικὴ δὲ λογικῶν ἐστὶν ἀρετὴ ὅσα δίδωσιν ἐπιλέγειν τῇ αὐτοῦ φύσει, ὑποδεικνύς τε ἀφέλιμα, ἵνα φυγὴ τῶν κακῶν αἱρῇ τὰ βλαπτικά. καὶ ὅτι ἡ βλαπτικὴ ἐστὶ τὰ χθόνια ἔχειν θεμένους ὑγιᾶ, ἐξέλεγχον ἑαυτοῖς τὸν ἀνθρώπου. ἔστι δὲ τοιαῦτα τὰ περιαρχῶν, καὶ νόμε, καὶ κρατῶν, καὶ σεφῶν τοιαῦτα ἡ πλάσις τῶν φύσεως καταφρονεῖν μὲν, καὶ ἀμαρτάνειν, φρονεῖν δ', καὶ δικαιοσυνεῖν ἐπὶ πλέον ἐς ἐπιεικεῖ βιβλιοθῆναι ἡμᾶς ἀμαρτία, ἀ δ' ἀβούλου. λύκων δὲ πεπιμελεῖσθαι ἀκόμη ἢ τὰ φύσεως πεπλάσθαι, οἷα δὴ καὶ Φυσικοὶ νόμοι ἀμεταβλήτους, καὶ ἐν γεγενῆσι φιλιοθέντες, τῶν σεφῶν ἐς ἀνθρώπων ἐπιτιμητέον καὶ πρακτέον, ἀλλ' οἷς ἐξαμαρτάνουσιν ἐν χρόνοις αὐτοῖς ἡ ἡλὶς ἀκμάσαντες, καὶ ἀναρχοι, καὶ ἀνεξίκακοι, καὶ πανταχοῦ

πολύαμ@ λόγος ἐλθὼν ἐσπερκώθη. τὸ γὰρ δυνατὸν παρὲξ αὐτῆ βιαλομένω· καὶ λαβὼν τὴν ἐξ ὑλικῆς μορφὴ, ἐγλύπτε σάρξ, καὶ ἐπέχθη ἐκ παρθένου, παντα χῆ βιαλόμθ@ δεῖξαι, ὅτι καὶ ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος· οὐ αγκαίως γὰρ τῇ Φύσῃ παρέπεσεν αἱ δέχαὶ κῇ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ παθήματ· οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ Δαβὶδ ἐλίσης ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐγλύπτε σάρξ. ἐπ' αὐτῇ τὴν καταβολὴν Φύσεως Φθάσας, Ε εἰς τὴν δέχλειν τῆς γλύπτεως αὐαδράμεν. ὥσπερ γὰρ ὁ πλάστης κῇ Φύσιν ἄνθρωπος, σὺχ ὕλης τέλεσ@ πεῖς ἐνεργίας ποιεῖται. ἀλλ' αὐτὴ ἡ καταβολὴ τ Φύσεως ἐν πρώτον γίνετ σάρξ. εἶτα τῷ χρόνῳ καταμικρὸν προσλαμβάνον τὸ ποσὸς ἀπαρτὲμὸν τ αἰσθήσεών τε κῇ ἐνεργειῶν συμπλήσας δυνάμεις. ἕτως ὁ θεὸς λόγος ἐπ' αὐτῇ τὴν ἀρχὴν κῇ βίζαν τ ἀνθρωπείας γλύπτεως αὐαδραμών, πρῶτον γέγονε σάρξ, ἔ τελεσθεὶς εἰς σάρκας μὴ γλύπτο. ὑλικὴ γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως αὐὼτέρα· ἐπεὶπερ ἐ τρέπεσθε, παρέμεν τῆς Φύσεως πάθος· ἦ γὰρ ἀϊδὴς Ε ἀεὶ αὐαλλοίωτος

ἐχέτης

potens Verbum adveniens incarnatum est aderat enim illis posse cum vellet, & formam servi accipiens caro factum est, & natum ex Virgine, ubique volens ostendere vere se hominem factum. ipsam enim naturam necessarie & initia & habitus & passiones consequuntur. Neque enim dicit Evangelista in hominem jam perfectum intrasse, sed carnem factum esse, ad ipsa nostra natura primordia perveniens, & ad ipsa generationis initia recurrens. Sicut enim qui natura ordine gignitur homo, non statim perfectus ad operandum prodit, sed ipsa natura initia primum cara fiunt, deinde tempore progrediente paulatim vires accipiunt que ad integritatem sensuum & operationum conferant sic DEUS Verbum ad ipsa initia radicemque generationis humane recurrens, primum caro factum est, non quod in carnem sit versum, absit; manet namque divinitas omni mutabilitate superior; mutatio enim, natura finitum assumpsit, sed perenne illum ac semper eodem se habens: modo na-

tura, incommutabilitas est propria. Fatemur igitur utriusque scripturæ vocibus assentes, & carnem factum esse, & servilem formam accepisse, & utraque pie intellecta salutis nobis sunt semina. Nam per id quod dixit, Factum est, individuam summæ unionis vim Evangelista subindicat. Vt enim unitas dividi in duas unitates non potest, nam si dividatur, iam non erit unitas, sed dualitas; sic quod per summam unionem est unum, nunquam in duo dividetur. Porro verbum, Accepit, naturæ immutabilitatem declarat. Nam quia omne quod fit, aut non existente fit, ut cælum quod ante non erat; aut ex aliquo existente in aliud convertitur, ut Nili fluenta ex aqua in sanguinem sunt mutata; & neutrum divinæ naturæ congruit; neque enim ex nullis extantibus productus est, qui nunquam vitium habuit, neque ex aliquibus existentibus immutatum illud incommutabile verbum; ideo divina Scriptura ut per utrumque Verbum & immutabilitatem Deitatis & mysterij individuam unitatem

Exod. 7.

ἐχούσης τὸ ἄπειρον ὕδωρ. Φασὶ δὲ καὶ ἑκατέρας κεχρῆσθαι τῇ γεωφυκείᾳ φωνῇ ὅτι ἡ γῆ μήτηρ ἐστίν, καὶ ἕλκος τοῦτό ἐστι τὸ δέλτα μεσρίῳ, καὶ ἑκάτερα δύσεως καίρια, ὥσπερ τρῶν τυχόντων σώματα. Διὸ μὴ γὰρ ἡ γῆ, τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ὑγρότητος ὑπερβάλλουσα ὑπερπίπτει. οὔσης γὰρ τῆς μονάδος εἰς τριάδα εἰς μυριάδας ἐλθεῖν, ἢ γὰρ εἰς τοῦτο διαιρεθήσῃ, οὐκ εἰς δύο μονάδας, ἀλλὰ δυάδας· ὅταν δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ ὑγρότητι ὄντος εἰς τὸ διαιρεθῆναι εἰς δύο, ἢ ἕλκος, βλαβὲν τὸ ἄπειρον τῆς φύσεως. ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γενόμενον ἢ ἐξ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ ἄνθρωπος μὴ ἀνθρώπου ὤν, ἢ ἐκ μὴ ὄντος ἀλλοιωθέν, ὡς τὸ Νειλῶον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μεταβληθὲν ἐκπίπτει ἀλλὰ ὑπὸ τῆς θείας φύσεως ἀνάπτεται. ἔστι γὰρ ἐξ ὄντος ὅταν περιέχῃ ἡ κατ' ἄνθρωπον· ὅτι ἐξ ὄντων ἐστὶν ἡ ἀναλλοίωτος λόγος. Διὰ τοῦτο δὲ ἐκπίπτων καὶ τὸ ἄπειρον τῆς γενέσεως, καὶ τὸ ἀδιαίρετον ἐν μυσερᾷ, ἡ θεία

ὑπεμφαίνουσα γεγραφὴ τὸ, ἐγήγερται, μᾶλλον δὲ τὸ ἔλαθεν, ἐκήρυξεν. ἵνα διὰ μὲν τοῦ σεσήρεν, τὸ ἀνικητον τοῦ προσώπου παραστήσῃ, διὰ δὲ τοῦ ἐπῆρε τὸ ἀναλλοίωτον τῆς φύσεως ἐκδείξῃ. ἐγήγερται πάντως ὁ θεὸς λόγος, πλειόνων ἀνθρώπων ἀναιρέσεις κολασάντων τὴν ἀτρεπτον φύσιν τοῦ ἀπαθοῦς ἄνευσε θαυμάτων· ἀλλὰ περὶ τοῦτο μεμαθήκαμεν, οὐκ ἀρτίως κατηλείφαμεν. καὶ ἐγήγερται ἀνθρώπως, ζωὴν τῷ ἀναστάντι τὸ κατ' ἀρχὰς ἐμφυλίως γένος σκήψας ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας· τὸ χρεὼν τοῦ ἀπαθοῦς ἁπάντων ἀποθανεῖν εἰς ἀνθρώπους καταργήσας ἢ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτέστι, τὸν διάβολον, εἰς μισοπόνηρον θεὸς τοῦτο νόμῳ τὸ δικαίως ὑπόδικον· διὰ δὲ πληρώσεως πάσης δικαιοσύνης· καὶ τῇ φύσει τὸν πρόσφορον δόξαν ἀπέδωκεν· διὰ δὲ μιμήσεως τῶν ἀνθρώπων τὸ ἐν γῆς περὶ αὐτοῦ διαπεπλασθεῖσαν φύσιν. εἰς πάντως ἐστὶν ἡμῶν τραπέζα χαρὰ ἐμοὶ σῶσαι προσκαιρῶντες, πάντερον τῷ ἀναθέματι οὐκ ἀποφέρομαι. ἀλλ' ἐστὶν εἷς ἡμῶν ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἐκπατρὸς γεννηθείς.

δι' ὃν

sum indicaret, Factum est, dixit, & verbum Accepit, pronuntiavit, ut priore verbo unitatem personæ commenderet, altero autem immutabilitatem naturæ prædicaret. Deus igitur Verbum factum est homo perfectus, sed aut miraculum quod intelligentiam sup.. at, immutabilem naturam non immiuerit; sed id fide dedicimus, non inquisitione comprehendimus. Ac factus homo, cognato secundum carnem generi per id quod erat similiter passibile salutem tribuit, cum peccati quidem debitum, tanquam homo pro omnibus mortuus, persolvisset. devicisset autem tanquam execrator mali per illum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, & legem esse possibilem ostendit, omnem implendo justitiam, naturæq; nostræ pristinam nobilitatem restituit, in eo quod homo factus, naturam à se de terra formatam honoravit. Vnus igitur est filius: nam trinitatem consubstantialiter cum adoremus quartum numero non adjicimus, sed unus est filius sine initio de patre natus, per

quem secula facta esse credimus: ramus radici coæternus, ille ex patre citrà fluxum exortus, Verbum ex illa mente * inseparabiliter & procedens & manens. nam etiamsi in terris visus est, non tamen est à genere sejunctus. Hic voluit salvare quem formavit, & quidem salvavit, uterum inhabitans communem natura januam; quem cum sua inhabitatione benedixisset, & generatione obsignasset, partu qui supra naturam fuit ostendit se supra rationem fuisse hominem factum. Ergo Deus Verbum non alter est Christus, & alter Deus: duos namque filios natura divina non novit. Ex solius unigenitum genuit: ubi enim est conjunctio generantium, ibi duas generatorum non inventur. In nomine Christi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Quod si alius est Christus, præter Deum Verbum, necesse est purum hominem esse Christum, ut stupidi homines dicunt. Si autem purus homo est Christus, quomodo illum supra ejus naturæ conditionem cælestia ve-

* Dionys. ineffabiliter dixit.

Philip. 2.

neran-

ΝΗ ΔΙ' ΟΥΔΕΝ ΑΛΛΟΝΟΣ ΠΕΡΙΔΥΟΙΝ ΜΕ, ΕΓΩΓΕ ΟΙΜΑΙ. Ο ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΤΗ ΡΩΜΗ ΚΑΛΟΣ, Η ΔΕΔΟΚΕΝ ΟΥΚ ΠΑΓΧΥ ΜΕ ΕΠΕΚΑΛΕΣΑΤΟ· Ο ΔΕ ΠΑΝΥ ΓΕ ΦΙΛΟΜΑΘΗΣ ΕΣΤΙΝ ΟΥΤΟΣ ΤΩΝ ΠΑΡΟΝΤΩΝ ΤΙΝΑ, ΚΑΙ ΜΟΝΩΝ ΛΕΓΕΙ. ΑΝΑΓΚΗ ΓΑΡ ΗΔΗ ΤΟΥ ΞΕΝΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΕΣΤΙΝ ΟΣΤΙΣ ΕΣΤΙ ΔΥΝΑΤΟΣ ΤΟΙΑΥΤΑ ΛΕΓΕΙΝ ΚΑΙ ΠΟΙΕΙΝ ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ ΣΟΦΩΤΕΡΟΣ ΤΙΣ ΕΣΤΙΝ ΤΟΥΤΟΥ ΕΓΩ ΓΑΡ ΕΠΙΘΥΜΗΤΗΣ ΜΕΝ ΕΙΜΙ ΤΟΥ ΤΟΙΑΥΤΑ ΜΑΘΕΙΝ, ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΚΑΙ ΕΞΩ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΕΡΑΣΑΙ ΜΟΙ ΔΟΚΕΙ ΤΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΟΥ ΕΝΕΚΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑΚΕΚΟΠΩΚΕΝΑΙ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΩΣΠΕΡ ΤΟΥΣ ΤΟΥ ΝΟΣΟΥΝΤΟΣ ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΥ ΓΕ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΕΞΕΛΘΟΝΤΕ ΚΑΘΗΣΘΑΙ ΟΥΔΕΝ ΚΩΛΥΕΙ ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΑΝ ΤΟΥΤΟ ΓΕ ΠΟΙΗΣΕΙΕΝ ΟΣΤΙΣ ΕΠΙΣΤΗΜΩΝ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΕΣΤΙΝ ΑΞΙΟΣ ΟΥΤΟΣ ΔΕ ΔΗΠΟΥ ΤΙΝΑ ΤΟΙΑΥΤΗΝ ΕΥΡΗΚΕΝΑΙ ΟΙΕΤΑΙ ΕΠΙΣΤΗΜΗΝ ΕΝΘΑ ΚΑΙ ΕΝΘΑ ΚΑΤΑΒΑΣ ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΕΙ ΕΙ ΤΙ ΣΟΙ ΔΟΚΕΙ ΔΙΑΝΟΗΘΕΙΣ ΚΑΛΩΣ ΕΧΕΙΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΓΡΑΦΕΙΝ ΕΙΠΕΙΝ ΑΝ ΤΙΣ ΜΕ ΕΡΗΤΑΤΟ ΕΙ ΠΕΙΘΟΜΑΙ ΟΤΙ ΟΥΔΕΝ ΣΟΦΟΝ ΕΓΩ ΓΕ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΕΡΕΙΝ ΟΥΔΕ ΔΥΝΑΜΑΙ ΟΥΔΕ ΖΗΤΕΙΝ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΔΗ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΓΕΛΟΙΟΝ ΕΣΤΙΝ ΕΙ ΔΕ ΜΗ ΕΣΤΙ ΤΟΙΑΥΤΗ ΕΠΙΣΤΗΜΗ ΑΛΛΑ ΣΟΙ ΔΟΚΕΙ ΕΓΩ ΔΕ ΣΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΕΥΡΕΤΑΣ ΟΥΚ ΑΝ ΕΧΟΙΜΙ ΠΟΤΕ ΟΥΔΕΝΑ ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΟΝ ΟΥΔΕ ΓΑΡ

καὶ γενητὴν τὴν ἐπανυμίαν ἔχειν ἡμῶν; πῶς ἢ ἂν δεξώμεθα τὰς σοφὰς καὶ φωνὰς βοώσας· ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. ὀπλασίαν γὰρ φησὶ, τὴν καὶ σάρκα φανέρωσιν· καὶ συναναστροφὴν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετ' ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ᾗ δημοσιεύων ὁ ὤφθη. τὸ παραδειγμάτιον ἔδειξεν, ὅπως ἂν παρακρούσωσι, καὶ ὁ ἐμὲ ἔμενε δι' ἑαυτὸν, καὶ ὁ ἠθέλησε γέγονεν δι' ἡμᾶς. Εἰ δέ ποι σκανδάλου παραίτιον γένηται τὰ παράλογα, καὶ ἡ ἐν φάτνῃ ἀνάκλισις, καὶ ἡ ἐν χρόνοις καὶ σάρκα αὔξησις, καὶ τὸ καθυδρῆσαι ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ κοπιάσαι ὁδοιπορήσαντα, καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ. Ὅσα τῷ καὶ ἀληθῶς γεγονότι συμβαίνει ἀνθρώπῳ· ἴσως ὡς κωμῳδοῦντες τὸ πάθη, ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ἀρνούμενοι δὲ τὴν φύσιν, οὐ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ· μὴ πιστεύοντες δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, ζημιοῦνται τὴν ζωτηρίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξαλείφθησαν ἀπὸ γενέσεως κόσμε εἰς τὸν βίον ἀνθρωπίνου

ἔπρεπε

neranter, & ad inferiora nostra gens. flectunt? quomodo etiam accepturi sumus prophetica oracula clamantis. Deus noster in terris visus est, & cum hominibus conversatus? Non visionem dicit hoc ipsum, quod est in carne manifestatus & conversationem appellat illam ipsam ad tempus cum hominibus commorationem, in qua ille minime noverat ut omnipotentiam suam declararet, ostendit quod tanquam omnipotens & id quod erat mansit propter se, & quod voluit factus est propter nos. Quod si nonnulla accensionem scandali præbent fascia, & illa in præsepi reclinatio, & illud in tempore secundum carnem augmentum & quod in navi dormierit, & ex itinere sit fatigatus, & esurierit in tempore, & quæcunque facta secundum veritatem homine convenerunt; noverint se dum passiones irridunt, negare naturam dumque naturam negant non credere dispensationem: non credentes vero dispensationem, damnum facere salutis. Nam si ex quo conditus est mundus, quisquam in hanc vitam lapsus est. Baruch 3.

est, aliam præter hanc naturæ viam ingressus, id ostendant qui contentiosè adversantur, & tunc demum sua deliramenta contexant. Sed si hæc sint naturæ communis initia, & Deus Verbum revera factus est homa, cur qui naturam confitentur, passiones irridents? Alterum igitur ex duobus eligant, aut erubescentes de passionibus naturam negent, & cum Manichæis consentientes, inter impios censeantur: aut si lucrum ex incarnatione proveniens admittunt, de passionibus non erubescant, quæ naturæ conveniunt. Miror autem hominum amentiam novum errorum iter ingredientium. Ego namque cum unum filium esse sciam, ac piè didicerim, unam incarnati Dei confiteor hypostasin: itaque cum unus sit qui passiones pertulit, & qui miracula perfecit, cur diviniora retinentes, humiliora per jocum irridents? Vt enim fidem faceret, se, cum Deus esset ac Verbum existeret, permanendo quod erat factum esse carnem, & infantem, & haminem, tanto Sacramento nulla mutatione violata idem ipse

Quod Cyrillus dicit, una natura Dei verbi incarnata, & item Athanasius, hoc iste dicit, una hypostasis.

ἐπίεσεν τοῦδε πώλου Φύσεως βαδίσας
ὁδόν, δέκνυται σοι Φιλόσοφοι, καὶ πῶς τὰς
οἰκείας ὑφαίνεται λόγους. εἰ γὰρ ἄνθρωπος τῆς
κοινῆς Φύσεως ἡ ἀρχή, ὁ γὰρ θεὸς λόγος κα-
τὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, τῷ λόγῳ
σωματολογεῖται τὴν Φύσιν σκώπτων τὸ
πεζὸν ἵππου ἔστιν ὃν ἑκατέρων διαλεξάσθω-
σαν, ἢ ἐπιχωριάσθωσι τὸ πεζὸν, ἀγνοήσω-
σαν τὴν Φύσιν. καὶ τὸ Μαιναλίων Φρονῦν-
τες τοῖς ἀστοῖσι σωτηρίχθωσιν. ἢ εἰ σφε-
φίσιν γὰρ ὁ σὸς ὁ ἐναυθρωπήσας λόγος,
ὁμολογεῖται τὴν Φύσιν, μὴ ἐπιχωριάσθω-
σαν τὰ τῇ Φύσει συμβαίνοντα πεζὰ. ἀνα-
μιμνήσκω γὰρ καὶ τὴν Φρυγιλλαίαν τὴν * κενὰς ἐ- * κενὰς Dionys.
δὲς ἀπάτης ἀναπεμπόντων. ἐγὼ γὰρ ἑνὰ
εἰδέναι τι, καὶ διδαχθεὶς εὐσεβῶς ὑὸν, μίαν ὁ-
μολογῶ τὴν τῶν σαρκωθέντος θεοῦ λόγου ὑ-
πόστασιν. ἑνός τε ὄντος τοῦ τὸ τοῦ πεζοῦ ὑπο-
μείναντος, καὶ τοῦ τὰ θαύματα θελεσπερήσα-
ντος, τοῦ λόγου τὰ θεώπεμα σωπῶντος,
πάντοθεν καμφθέντος· ἵνα γὰρ πεζὰ σαρκὶ
ἐπρεπεν ἦν, καὶ λόγος ὑπὲρ ἀρχὴν, καὶ μείζος
ὁ ὢν γέγονε ζωῆς, ἐκ βρέφους ἐκ παιδαρίου,
μαθημάτων ἤρξατο τὸ μυστήριον ὑπεξιέναι
αὐτὸς

αὐτὸς καὶ θαυματουργὸς, καὶ πάσχει. Διὰ μὲν τῶν σημείων τὸ εἶναι ἐ δεῖ ἀνιστάμενον. Διὰ δὲ τῶν παθῶν, τὸ θνητὸν ἐ ἔσεσθαι πεφύκαμεν· ἵνα τοίνυν καὶ τὸν αὐτὸν ἀϊδίως τε καὶ ἐπ' ἐσχάτων συνακοδέντα ὁμολογούμεν ἔχειν, μηδὲν ὑπεναντίον τῇ Φύσει νοεῖν ᾖ· δεῖ γὰρ σβεστὸν ἐν τῷ θρόνῳ. Ἀλλὰ πάντως ἐκεῖνο τὸ πολυθρύλλητόν μοι λύσει, πολέμους συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. εἰ ἡ τριὰς φησιν ὁμοούσιον, ἡ τριὰς ἀπαθής· ὁ δὲ θεὸς λόγος ἐν τῇ τριάδι ὑπάρχει. καὶ ὁ λόγος ἄρα ἀπαθής. εἰ δὲ ὁ θεὸς λόγος ἀπαθής, εὑρεθήσεται ὁ σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν θεὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ. * ὑπὲρ τοὺς ἰσχὺν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ πῶτα λέγοντες, καὶ καθ' ὕδατος γράφουσιν οἱ τὰ καινὰ ταῦτα μελετῶντες σοφίσματα. Φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Λημῶν γὰρ ὀφθαλμὸς ἡλίῳ ἀκτῖνας καθαρῶς ἐ δέχεται. καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πρὸς ὑ περ-

* lucus

ipse perficiebat miracula, & sustinebat passiones, per signa quidem se manifestè quod erat significans, per passiones autem ad se factum esse quod formaverat, confirmans. Vnum igitur & eundem filium confitemur, & sempiternum, & in novissimis temporibus incarnatum, divina natura nihil adulterinum adjicientes. nihil enim supervacuum est in illo throno. Sed illud prorsus multorum sermone divulgatum dicent, & syllogismos aranearum telis infirmiores texent. Si Trinitas est ejusdem essentia, profectò Trinitas est impassibilis. sed Deus Verbum in Trinitate spectatur: Verbum igitur est impassibile. Quod si Deus Verbum est impassibile, colligitur ergo crucifixum alium esse præter Deum Verbum quod est impassibile. Vere telum aranea texunt qui hæc dicunt, & scribunt in aquis, qui hæc mane propositiones meditantur Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. Nam lippus oculus solis radios non recipit, & mens infirma sublimitatem Fidei

Isa. 59. 5.

non

non admittit. Quid igitur nos adista dicimus? Nimirum quod ad rationem attinet divinitatis, consubstantialem & impassibilem esse Trinitatem: neq; enim cum ipsum dicimus passum fuisse, ratione divinitatis passum dicimus: natura namque divina nullam recipit passionem. Sed confitentes Deum Verbum unam Trinitatis personam incarnatam, iis qui cum Fide scisitantur, causam afferimus intelligendi quare sit incarnatus. Namquia Deus Verbum passiones destruere volebat, quarum finis mors erat, & immortalis illa natura passiones in se admittere non poterat: si enim omnis passio compositarum rerum pugna est atque secessio, in immateriali autem & singulari substantia nulla est compositio, non igitur eò pertingit passio, ubi non est compositio: volens igitur, vt prædiximus, destruere passiones quæ rationalem carnem opprimebant, quarum summa arx erat interitus, incarnatur ex virgine vt novit ipse Deus VERBVM, & habitu formatur vt homo, id enim ipsi placuit, & exina-

ἀ σεφανος ὕψος. τὶ πλέον φανη
ἡμῖς; ὅτι χ̄ τὸ λογον τὸς θεότητος
ἡ τελὸς ἀμοιρὸς εστι καὶ ἀπαθής. ἀ γ̄
γὰρ φάσκοντες αὐτὸν πεπονθέναι, τῷ λό-
γῳ τ̄ θεότητος φαμὲν αὐτὸν πεπονθέ-
ναι· ἀπαθὴς γὰρ ἡ θεία φύσις πα-
σῆς παθους. ἀλλ ὁμολογοῦντος τὸν θεὸν
λόγον εἶναι τ̄ Τελεσθ̄ σεσαρκῶσθαι,
διδάσκομεν τὴν αἰτίαν δ̄ νοεῖν τῆς ἕν-
σεως ἑρμηνεῦσι δ̄ ἡ εσαρκωσις· ἐπειδὴ
γὰρ ἡ βουλὴ θεὸς λόγ̄ καταφρονη-
τὸν πάθη, ὃν πάσχει ὁ θνητὸς σω-
σάσθαι γ̄ παλιν τὸν πάθη ἡ ἀνόλεθρ̄
φύσις οὐχ οἷόν τε ἦν· ἐ γὰρ ἦν παθ̄
τὸν ἐστὶ καὶ μάχη τῶν σωζόντων, πε-
λ̄ γ̄ τὸ ἄλλον ἕμοιον ἄδεμια σωζοῦσ,
οὐκ ἄρα ἐσὴ ἔφθαρτε πάθος ἰσθ̄ ἀδὲ
σωζοις πυχαίε. βουληθὲς φιλαν-
θρῶν τὸ πεσανθῶτα τῷ λογικῷ σώ-
ματι πάθη καταφρῶσαι, κατὰ σεσέφη-
μεν, ὧν ἀκροτελὶς ὑσῶχρ ὁ θά-
νατος. σαρκοῦται ὃν σαρθένου ὡς εἶ-
δεν ὁ θεὸς λόγ̄. καὶ χρηματίζεται
ὡς ἄνθρωπος. πυτο γὰρ ἠνέσκετο· καὶ

...νοῦ ἑαυτὸν ἐν δυλῳ μορφῇ μηδεμίαν τῆς θεότητος ἐκβεβηκυίας· ἐξ ἧς τῶν ζώζει πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτὸς καταργήσας τὸν πόθον. φυλάξας δὲ αὐτὸς ἀπαθῆ τὴν θεότητα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ δυνάμεως, εἶδεν ὡς πρὸς τὴν Μαριάμ. ἁγνὸς γάρ, φησι, ζῶσῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου, ἀλλὰ θεοῦ. ὅθεν ἂν ἀπαλλάξειε τὸν κόσμον ἁμαρτημάτων ὁ μὴ φθορᾶς ἀπαθήσας εἰς τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἡμέρας οὐκ ἐγκαίως ἀκατηγόρητον. ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς θεός τε ὢν καὶ ἄνθρωπος, καὶ διαιρέω εἰς δύο, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς. διὰ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, δείκνυσι ὅτι ἄνθρωπος· διὰ δὲ ἀπαθείας, καὶ φυλάξει τὴν τοιαύτην παρθένον μαρτυρῶ ὅτι ἐστὶ θεός· ἔσωσε γὰρ * κόσμον Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐλθὼν δηλ. ἡ γῆς καὶ τῆς ἀνθρώπου συναναστραφείς· εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος, καὶ ἐκ αὐτὸς ὁ θεὸς λέγω, πῶς ἕκαστον τὴν πάν-

* τὸν λαὸν αὐτοῦ πάς, Ἰησοῦς

exinanit semetipsum in forma ser-
nullam sue Deitatis circumscriptionem
admittens: & hoc modo salutem univer-
so hominum generi tribuit, in sua qui-
dem carne passiones destruens, sed suam
Deitatem servans impassibilem. Hanc
ob causam cum Gabriel nascentis auctо-
ritatem ac potentiam annunciaret, dixit
ad Mariam: Ipse salvum faciet populum Iesu
suum à peccatis eorum. Populus autem
non hominis, sed Dei est: neque mundum
à peccatis liberare potest quisquis in hanc
vitam per corruptionem intraverit, &
non habuerit expers culpæ nativitatis
exordium. Sed necessarie idem cum Deus
& homo esset, non in duo divisus, sed
unus permanens, per id quod ex mulie-
re natus est, se hominem esse demonstra-
vit: per id autem quod sine contactione
natus, & quod matrem virginem servа-
vit, quod Deus esset declaratus est, sal-
vavit mundum Iesus Christus ubi venit
in terras, & cum hominibus conversa
tus est. Quod si Christus purus homo est,
& non ipse Deus Verbum, quomodo in

Dionys. Salvum fecit populum suum? quis, Iesus Christus qui venit in terras.

incipio creavit omnia, qui tunc, ut ipse dicunt, non erat? Nam si postremus in creaturis homo fuit, liquet usque ante illum fuerant, creationem fungire non potuisse Christum, quippe qui ut primus homo posterius productus fuit. Quomodo igitur Paulus, ait? Unus Dominus

1.Cor.8. *Iesus Christus per quem omnia. Nam si per Christum omnia, liquet Christum Deum esse Verbum, Evangelista testante: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat*

